

Berchtold Haller<sup>1)</sup> an Vadian.

1532  
Bern. 1530. December 10.

VII, 305

Verschiedene Nachrichten.

S(alutem) et pacem a Domino. Dum alia aliorum me vocant negotia<sup>a)</sup>, ornatissime Ioachime, ecce compellat me ante ostium<sup>b)</sup> domus vicinus tuus, vir, quantum facie iudicare potui, optimus. Extorquet, ne vacuus ad te redeat meis literis, quo videas, tuas a se mihi redditas. Non igitur potui negare, tametsi nihil sit rerum novarum, quibus te vel gravare vel consolari possum, quam id, quod de Glarona accepimus, victoriam scilicet a parte piorum fuisse, deinde Nürnbergenses altaria, missam Germanam ceteraque<sup>c)</sup> abrogasse, quod nimirum vos, qui frequentes ab illinc nuntios<sup>a)</sup> habetis, optime scire poteritis. Interim mire sudamus propter mandatum Tigurinorum ad concordiam item sarcientiam inter civitates. Laborat et parturit nobiscum Basilea<sup>d)</sup>. Utinam et tuo impetu plures alii! Formidant nonnulli Cæsarem nimium cum suis nobis vicinum. Tu igitur, dum poteris, longius scribas; nam vix brevia hæc illota ad te dare potui. Vale. 10. Decembris.

Tuus *B(erchtoldus) H(allerus)*, Bernas.

Ornatissimo viro Ioachimo Vadiano, a consiliis urbis S. Gallensis, maiori suo summe observando.

a) „c“ für „t“. — b) „hostium“. — c) „cæt“. — d) „g“ für „e“.

1) Vgl. III, Brief 434. — Das Jahresdatum ist nicht völlig sicher.